

De natiuitate

domini

diuum apostolum transuerberavit dicens. Ego vindicabo minas dei mei. Rex autem et carissimus suffugerunt videntes quod populus vellet apostolum vindicare pontifice vinum incedere. Christiani autem corpus apostoli tulerunt et honorifice sepelierunt. Post longum autem tempus circa annos domini. cccxx. corpus apostoli in eadem civitate suam translatum est ab alexandro imperatore ad sanctorum preces hoc faciente. In illa autem civitate nullus hereticus nullus iudeus nullus paganus potest vivere nec christianus aliquis ibidem nocere potest ab agarus rex illius civitatis epistolam manu salvatoris scriptam accipere meruit. Nam si quando gens aliqua contra civitatem illam insurrerent infans baptisatus supra portam stans epistolam illam legit. et ea die tam salvatoris scriptis quam apostoli thome meritis hostes aufugiunt aut placantur. In hoc igitur in libro de vita et obitu sanctorum sic de isto apostolo dicit. Thomas discipulus christi ac filius salvatori audiendo incredulus. videntes fidelis fuit. Sic euangelium predicavit partibus. medis et partibus bircanisque brachmanis. et trans orientalem plagam et interna gentium penetras ibi predicationem suam usque ad finem sue passionis perduxit. Sic lacrimis transfusus occubuit. Cosostomus quoque ait. quod dum theodorus ad regionem magorum et ad christum aditum venerat deuenisset eos baptisavit. et facti sunt adiutores fidei christiane.

Dico de festiuitate que occurrunt infra tempus reuocatois quod incepit a moysse et peruenit et durauit usque ad christi aduentum in carne quod tempus repunit ecclesia ab aduentu usque ad natiuitatem domini. Sequitur videre de festiuitatibus que eueniunt infra tempus quod primum pinetur sub tempore reconciliatois et primum sub tempore peregrinatois. quod tempus repunit ecclesia a natiuitate usque ad septuagesimam. sicut supra in prologo dictum est.

De natiuitate domini
Natiuitas autem

domini nostri ihesu christi secundum carnem ut quidam aiunt completis ab adam quibus milibus. cccxxvii. annis. vel secundum alios vi. milibus. vel secundum eusebium cesariensem. in croniciis suis. v. milibus. lxx. annis. tunc octauia in imperatoris facta est Computatio autem sex milium annorum inuenta fuit a methodio pontius missice quam cronice. Memerit autem ipso filio dei in carne tanta pace vniuersus mundus gaudebat ut toti orbi vnicus romanorum imperator pacifice presideret. Nam sicut nasci voluit ut nobis pacem temporis et pacem eternitatis tribueret. sic voluit ut nihilominus omnium suum pacem temporis illustraret. Cesar igitur Augustus vniuerso presides orbi scire voluit que puiceret civitates que castra que boies in toto orbe essent. Iussit ut in his. scolarum. vel ut omnes boies ad urbem vni traxerant origine pergerent. et quilibet denarium argenteum quivalebat decem nummos vsuales afferret. vni denarius dicebatur presidi puincie tres se subditi romano imperio profiterentur. Nam et nummus imaginem preferebat cesaris et super descriptionem nominis. Dicebatur autem professio et descriptio sed diuersa consideratione. Professio enim dicebatur. quia quilibet quanto reddebat presidi puincie centum sum capiebat unum denarium illum qui sic vocabatur. et ponebat illum super caput suum et proprio ore profitebatur se esse subditi romano imperio. vni dicebatur professio. id est proprio ore fassio. et fiebat in coram omni populo. Descriptio autem dicebatur quia numerus eorum qui cessus capitis se rebant certo determinabatur numero. et redigebatur in scriptis. Hec descriptio prima facta est a preside syrie cirino. Prima dicitur ut in byssozys scholasticis inuenitur. quantum ad Cirinum. Quia enim iudea in umbilico terre nostre habitabilis esse dicitur. primum est ut in eadem inchoarentur. et deinde per omnes circumstantes regiones alij presides prosequerentur. Vel dicitur descriptio prima. id est vniuersalis: quia alie precesserunt partium lares Vel forte prima capitum in ciuitate si